

Item, petiit a nobis prefatus ambaxator quod omnes mercatores Veneti possint ire et venire libere per regnum nostrum, Taurisium et *In Sem*¹, absque aliquo obstaculo. Nostra responsio est quod omnes Veneti mercatores valeant libere ire in Torisium per regnum nostrum et in Sem, tempore quo cum Saracenis habebimus pacem.

Item, recommendavit nobis prefatus ambaxator dominum *Nicolaum* archidiaconum Tarsensem, pro parte prefati domini ducis. Nostra responsio est quod satis est nobis recommendatus predictus dominus archidiaconus Tarsensis.

Item petiit a nobis prefatus dominus ambaxator, pro parte domini ducis et communis Venetiarum, unum masenum², quod juxta simiterium suum erat, quod masenum intendebant ponere in augmentum sui simiterij. Nostra responsio est quod multum placebat nobis quod haberent illud masenum, et precepimus quod daretur eis.

In quorum omnium testimonium fecimus presentem rotulum nostri parvi sigilli quo in regno nostro utimur appensione muniri.

[Nota quod vir nobilis *Joannes Caroso*, iturus bajulus Armenie, habuit rotulum in quo continentur omnia supradicta].

[Commemoriali, I. f. 295, II, f. 284].

1 Questo nome scritto *Insem* faticò molto gli eruditi; alcuni credettero cercarlo fino a Siam delle Indie: ma basti ricordare che Damasco si chiama *Sciam* dagli orientali, nome sotto il quale alle volte si comprende la maggior parte della Siria.

2 *Magazzino*, o parte di un agro, terreno coltivato o incolto.